

V C.  
2951





A





*h. 24, 25. OR. XXIV 25.*

Vc  
2951

IN OBITVM LUCTUOSISSIMUM  
ILLVSTRISSIMI ET PIEN-  
TISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,  
Dñ. AVGVSTI, Ducis Saxonie, Sacri Romani Im-  
perij Archimarschalli & Electoris, Comitis Prouincialis  
Thuringie, Marchionis Misnie & Burggrauij Magde-  
burgensis, qui XI. die Februarij hora VI. pomeridiana,  
Anno M. D. LXXXVI. Dresde inter  
preces placide expirauit,

CARMEN ELEGIACVM,

In quo processio funeris magnificentissima, & se-  
pultura honorificentissima xv. Martii  
Friberga celebrata, comprehensa est.

Scriptum à

M. GREGORIO VVETZELIO Dresdensi,  
Friberga ad D. Nicolaum verbi Ministro,



Accesserunt in fine omnes inscriptiones, quæ in  
Monumentis Principum ac Ducum Saxonie &c.  
nunc ibidem visuntur & leguntur.

Dresda apud Gimel Bergen. M. D. LXXXVI.

*Reuerendo viro, pietate, eruditione et  
virtute præstanti P. M. Andreae Bald-  
wini ministro Verbi ad Vinam*





**C**ernitur AVGVSTI Ducis hic in imagine parua,  
Quæ quondam facies, qui decor oris erat:  
Quàm magnæ fuerint virtutum in pectore dotes,  
Nulla manus pinget, linguaq; nulla canet.

Grego, VV, M.





AD ILLVSTRISSIMVM ET  
GENEROSISSIMVM PRINCIPEM AC  
Dominum, Dñ. CHRISTIANVM, Ducem Saxo-  
niae, Sacri Romani Imperij Archimarschallum & Electorem,  
Comitem Prouincialem Thuringiae, Marchionem Mis-  
niae, & Burggrauium Magdeburgensem, &c.

Illustrissimi Principis ac Domini, Dñ. AVGVSTI &c.  
beatae memoriae filium vnicum, Dominum  
suum Clementissimum.



DUX Saxonicae praelustris gloria stirpis,  
Qui bene de Christo nomina auita tenes,  
Quiq̄ bene ingrediens vestigia recta parentis,  
Maiorum sequeris facta piamq̄ fidem,  
Heu compellandi te nunc occasio tristis  
Offert se, vellem quam procul esse, mihi,  
Exequiae dum lugubres & iusta parantur  
Huic, non Augustus quo magis alter erat,  
Ab quantum nuper seruasti in corde dolorem,  
Cum luctus index hac tibi fama venit,  
Quod tua Danorum mater de stemmate regum  
Edita, desierit mortua luce frui.  
Quid tibi tunc animi Princeps mitissime, ad aures  
Cum vox peruenit luctifona illa tuas?  
MATER obit, summo quam dux complexus amore es,  
Mater, cuius eras cura fidelis, obit.  
Obstupuit pia mens tibi, vox & faucibus haesit,  
Nec tibi fas lachrymas dissimulare fuit. Praes



Præcipuè iusto dedit hoc augmenta dolori,  
Tristiciam cumulans, Dux Generose, tuam,  
Quòd matrem amittis patria regione remotus,  
Quando pium exequeris nomine Patris iter.  
Nec tibi concessum est voces audire supremas,  
Diceret ut moriens; vnice nate vale,  
Vnice nate vale, & felicia tempora vitæ  
Transige, sis fulcrum Saxonicaeq; domus.  
In cælo rursus cætum veniemus in vnum,  
Æterno iuncti fœdere, Nate vale.  
Nec legere extremum flatum morientis ab ore  
Est tibi, non oculos claudere posse datum.  
Hoc altum tristi fixit tibi corde dolorem,  
Inflixitq; animo vulnera magna tuo.  
Nec fuit exiguum Reginae in funere damnum,  
Quo matrem amisit Misnidos ora suam.  
Vix fuerat quædam iam facta lenatio luctus,  
Læticiæ affulsit vix speciesq; novæ.  
Dum rursus illustri coniunx quæsita parenti,  
Agnes Ascaniæ pulchra corona domus.  
Ecce iterum luctus affertur causa, doloris  
Ingens exoritur sollicitudo noui.  
Quòd subito Augustum quoq; fata tulere parentem,  
Orbaq; facta suo Misnica terra patre est.  
Quæ grauior fieri posset iactura, quid vnquam  
His terris casu hoc tristius esse queat?  
Ab auertisset casum hunc Deus optimus: At non  
Suerunt votis crimina nostra locum. Heu.



Heu quantum Princeps circumfers corde dolorem?  
Quamq; tibi in luctus area lata patet?  
Nil hæc vita tenet constans, in fonte leporum      cc  
Sæpius & medio surgit amari aliquid.      cc  
Hic te cum lachrymis iuuat indulgere dolori,  
Morte quòd Augusti nunc patris vsus abest.  
Tota tua arx fletu est, miserisq; referta querelis,  
Nilq; magis, gratum quod fuit ante, iuuat.  
In primis summi hoc facit incrementa doloris,  
Pectore in heroo, Dux Generose, tibi,  
Quòd subito & præter spem, nil tibi tale timenti  
Eripuit charum mors inopina patrem.  
Quòd non posse datum est tibi Dux Christane parentem  
Consilia atq; animi sensa aperire sui,  
Quòd non post sese mandata relinquere regni,  
Iucundumq; vale dicere, posse datum est.  
Hoc animo subdit stimulos, augetq; dolorem,  
Hoc vetat vt menti sit requiesq; tuae.  
Sed quia sic voluit, cui subdita cuncta, supremus,  
In cuius dextra est vitaq; morsq;, pater,  
Vt subito hoc casu, at placido tamen atq; beato,  
Sentiret mortis tristia iura parens:  
Vince animos, luctum moderare, repelle dolorem,  
Per Christum est Patri nunc quia parta quies,  
Summa quies, quæ non turbari tempus in vllum  
Est Patri, dempto partaq; fine salus.  
Ceu Domino placuit factum est, fit, fiet & omni      cc  
Tempore ceu Domino qui regit omne placet.      cc



Sic mortis genere hoc multi pietate fideq;  
Saepe excellentes occubuerunt viri.  
Sic & Iohannes, quo non dilectior alter  
Assedit Christo, mortis adiuit iter.  
Sic, ut scripta docent, multi regesq; ducesq;  
Vitam clauserunt hac ratione suam.  
Verus & extremi seculi Lutherus Helias  
Non formidavit mortis id ipse genus,  
Cum subito (morbus medicis apoplecticus ille est)  
Omnis nervorum vis stupefacta perit,  
Cum nimius fluxus vitae flatum obstruit omnem,  
Spiritus inq; polum suscipiendus abit.  
O placidum mortis genus illis, pectore toto  
Qui in Christo ponunt spemq; fidemq; suam.  
Non sentire sibi caros vult spicula mortis,      cc  
Nonq; diu in lecto volvere membra Deus:      cc  
Sed veluti somno placidaq; quiete solutos,      cc  
Momento è terris in sua regna vocat.      cc  
O dilecte Deo Princeps, qui tendis ad astra  
Nil metuens inter vota precesq; pias,  
Et nunc persentis caelestis gaudia vitae  
Adiunctus patribus principibusq; pijs.  
At tu cui pulchro est veniens è corpore virtus  
Princeps, quiq; patrem pectore & ore refers,  
Postremi quia defuncto praestantur honores,  
Hic ubi sunt matri templa dicata Dei,  
Tristis & aspeci, qua pompa, quouè paratu  
Augusto fuerint iusta soluta Duci,      Illa



Illā notatā stylo est mihi simplice pompa, rudiq;  
Pro captu ingenij carmine scripta mihi est.  
Quin etiam laudem, quam virtus summa meretur,  
Inserui, nunquam quæ celebranda satis.  
Hoc nunc exiguum tibi Dux amplissime scriptum  
Offero, placatus suscipiasq; precor.  
Hoc pietatis opus, fateor, melioris egret  
Præconis: Magnos nam quoq; magna decent.      cc  
Sed qui quæ potuit dat munera, gratis & ille est,      cc  
Et pietas animi iure probata placet.      cc  
Vilia sint quamvis: tamen & moderator Olympi      cc  
Pauperis agricolæ munera parva probat.      cc  
Da mihi te facilem, sic te bona fata reseruent,  
Sicq; domum maneant prospera fata tuam.  
Namq; gradu illæso tempus decurrere vitæ  
Dignus es, atq; diu sorte fauente frui.  
Vive valeq; diu patriæ spes maxima terræ,  
In quo cura senis summa parentis erat.  
Marchiacæ & Nati vos pignora grata Sophiæ  
Vivite, felices atq; valete diu.  
Sic crit vt nunquam desint, qui regna capessant  
Saxonie, & præsent Misnica terra tibi.  
Christe, Duces cuius donantur munere fausti,  
Cuius seruantur munere Christe Duces,  
Extet in his terris vt vera Ecclesia semper,  
Christe iube votis pondus inesse precor.

Illustriß, Cel. T. Subiect, Seruus  
M. Gregorius Wetzelius.



IN ENSES.

Enses Saxonie Ducis est insigne, quòd illos  
Præferat huic, Aquilas qui caput orbis habet.  
Enses defendunt sed & hi fora, templa, scholasq;  
Sunt tutela bonis, ~~presidiumq;~~ malis.

suppliciumq;




IN SERTVM RVTÆ.

Lumina acuta facit germen prænobile Rutæ,  
Cordibus auertit cuncta venena procul:  
Sic vbi Ruta viret Misnensis, corda serenat,  
Efficit vt vireat tutaq; Relligio.

M. Gregorius Wetzelius Dresdensis.



E P I T A P H I V M.


 Restis in ambiguo mea mens est, atq; laborat,  
 Vtrum sit potius, quod faciendo sequar,  
 Anne loqui instituam? sed enim vox faucibus haeret,  
 Carmina nec luctus scribere culta sinit.  
 An taceam? pietas non hoc concedit honorq;  
 Tam magni, quem nunc fata tulere, Ducis.  
 Principis Augusti ut sim planè in funere mutus,  
 Absit, se procul hinc lior & omnis agat.  
 Postremi magnis meritò debentur honores  
 Qui bene de patria promeruerunt, viris.  
 Omnia sunt hominum subito labentia casu,  
 Momoxtoq; breui, quae valuerunt, ruunt.  
 Vita fugit, velut umbra fugit, valdeq; videtur  
 Cum stabilis, certi tunc habet illa nihil.  
 Ceu tenuis fili est facilis ruptura, parumper  
 Si solitum astringit textor id inter opus:  
 Sic homini cursum rumpunt, turba inuida, parca,  
 Quae fato vitae stamina nere solent.  
 Frangitur hac hominum natura simillima vitro,  
 Atq; instar bullae se pereuntis habet.  
 Hoc Anna nuper Reginae fata probarunt,  
 Quae fuit Augustae firma Columna domus.  
 Sed quae fatorum vis, quae truculentia mortis  
 Sit, quam vult pœnam criminis esse Deus,  
 Quam non lanificas fas exorare sorores,  
 Quae strictè obseruant, quem statuere diem,  
 Heu subitus casus nunc hoc testatur abundè,  
 Augustiq; obitu res probat ipsa Ducis,  
 Qui verè implevit mensuram nominis, auxit  
 Consilijs, opibus dum fora, templa, scholas.

B

Hic



Hic quod sortitus sit post sua fata sepulchrum,  
Qui fuerit facti funeris ordo & honor,  
Scribere conabor breuiter, praconia laudis,  
Quaeq; ipsi verè sunt tribuenda, canam.  
CHRISTE pijs clemens adsis conatibus, aura  
Caelesti mentem propitiusq; reple.  
CHRISTE nisi auxilium diuino numine prestas,  
Omnia successu prosperiore carent.

Omnia si retrò numerantur secula, honorem  
Semper defunctos constat habere suum.  
In primis quos ipse Deus secernere vulgo,  
Et summi voluit sede locare gradus,  
Magnifico sunt his sua funera facta paratu,  
Inq; ipsa est summus morte tributus honor.  
Regibus hinc priscis sua mausolea fuerunt,  
Pyramidesq; statis prominuere locis  
Hic mos cum fuerit quoq; gentibus, indiga lucis  
Mens & cassa quibus cognitione Dei:  
Rectius at quanto praestant in funere honorem,  
Et ducibus soluunt splendida iusta pijs.  
Hi qui caelestis verbi sacra iura professi,  
Non dubiam vitae spem melioris habent.  
Hinc factum, ut quibus est Widekindus originis autor,  
Sint noti in longa posteritate Duces.  
Saxoniam qui sunt moderati legibus aequis,  
Misnaq; limitibus iura dedere tuis,  
Ipsis quòd semper sacras monumenta fuerunt,  
Ante aras summi conspicienda Dei:  
Cetera ne referam, memorabo recentia tantum  
Qua duo vicinis stant operosa locis.

Misna



Misna magnificum illustri templum adiacet urbi,  
 Solis ad occasum huic certus inestq. locus.  
 Hic Dux, qui placidi Fridericus nomina gessit,  
 Exuuias tumulum iussit habere suas.  
 Ad dextram patris Ernestus cubat, adq. sinistram  
 Albertus, belli qui graue fulmen erat.  
 Dexteramq. imperij dictus, contra omne periculum  
 Quod patria armatus staret ut ille vigil.  
 Hic quoq. precipuos Dux ille Georgius inter,  
 Quos tenuit claros Teutonibus ora Duces,  
 Priuato poni mandauit membra sacello  
 Mortua, cum natis, coniuge cumq. sua,  
 Possidet hic Princeps Misna ultimus urbe sepulchrum,  
 Omnia ceu mutat tempus, & ipsa dies:  
 Sic mox mutata cum relligione sepulchri est,  
 Mutatus nostris principibusq. locus.  
 Nam postquam Henricus meritis pietatis honorem,  
 Et verus patria factus amore pater,  
 Tempore non longo post fratrem rexit habenas,  
 Atq. pium vires destituere senem,  
 Fribergum ut fuerat sedes gratissima viui,  
 Sic sibi defuncto legit & ille domum,  
 In qua perciperet tranquilla dona quietis,  
 Et vocem audiret Christe aliquando tuam:  
 Iam pie surge senex, & te socium adde beatis,  
 Praesentiq. tuum lumine cerne Deum.  
 Hic quoq. Turcarum terror post fata quiescit,  
 Mauritius factis gloria summa Ducum.  
 Qui si non animo tanto cecidisset in hostes,  
 Non huic post mortem gloria tanta foret.  
 Splendida praestanti cui marmore condita tumba est,  
 Mausolei instar magnificum artis opus.



Sepe quod externis veniens miratur ab oris  
Hospes, & huic similem vix tumultum esse negat.  
Vexilla hic videas ex hoste relata fugato,  
Pars quorum & fuso sanguine tincta madet.  
Dux ipse armorum nigrorum habituq; statuq;  
Ut Cataphractus ibi conspiciendus adest.  
Hoc Dux pacis amans Augustus, regiaq; vxor  
Vndenam sobolem deposuere loco.  
Donec & hac etiam nece pignora cara secuta est.  
Fæminei sexus Anna corona decens.  
Cui disciplina custodi, dogmate verbi  
Nil erat, & vera religione prius.  
Hac Fribergensi quoq; templo illata supremo,  
Cum natis placida tempora pacis agit.  
In qua rursus animæ iurgantur corporis artus,  
Expectat summum lætitiæq; diem.  
Quanquam his grande sui desideriumq; reliquit  
Illa, quibus viuens anchora firma fuit.  
Subiectis tamen hoc solatia præstitit ipsum  
Ciuiibus, Augustus quod superesset adhuc:  
Ipsos qui patrio complexus amore foueret,  
Cui pia PRO LEGE ET PRO GREGE cura foret,  
Consilijs qui pacificis auerteret omne  
Quod metui vario posset ab hoste malum.  
Augusto nobis saluo omnia salua fuissent,  
Ocia fecisset, nam velut ante, suis.  
Sed sibi quid certi, ceu non promittere fas est,  
In mundo, qui se turbinis instar habet:  
Sic mox in tennes hæc spes euauit auras,  
Cum subito Augusto funeris hora venit.  
Heu quàm tunc tristi res est conuulsa ruina  
Publica, quæ tali Principe recta fuit.

Nosten



Noster ubi Princeps est tristi funere mersus,  
 Et caput amisit patria mæsta suum.  
 Hoc capite ablato facies tristissima rerum est,  
 Debeat ut lachrymis certus abesse modus.  
 Si pietas, virtus, prudentia, nomen auorum,  
 Et census possent tollere iura necis.  
 Si quid in orbe foret, quod mortem pelleret, esset  
 Iuris in Augustum mors tibi seua nihil.  
 Et nisi Natura vetus hoc deposceret ordo,  
 Quod cuius hominum mors obeunda semel,  
 Hoc certè possit res deploranda videri,  
 Quòd ventres maneant pondera pigra soli:  
 Contra maturum ante diem mors auferat illos,  
 Usus adhuc quorum plurimus esse queat,  
 Qui genus excelsum decorent, & regna gubernent,  
 Qui patriam factis consilijsq; iuuent.  
 Cingere qui veluti murus pia templa, scholasq;  
 Discendum & possint presidio esse gregi.  
 Qualis erat Dux hic, meritis super æthera notus,  
 Cui similem haud unquam secla futura ferent.  
 Quid non ille boni tibi Misnia prestitit heros?  
 Excedunt numerum tot benefacta Ducis,  
 Hinc veris lachrymis deplorandum atq; dolendum est,  
 Invidit quòd mors hunc violenta tibi.  
 Id commune malum mundi, ut presentia curet  
 Nil bona, quin odijs illa grauare solet,     ))  
 Sed quando ex oculis ea sunt sublata, gemendo     ))  
 Suspicit, at frustra, laude suaq; vehit.     ))  
 Ingratis hæc sera venit sapientia: rectè,     ))  
 Qui sapit, hic presens curet ametq; bonum.     ))  
 Hic ego vos ipsos testes voco, quotquot & estis,  
 Seu magni aut humiles, subdita turba Ducis.

B ij     Quando



I

**N** **E** T nunc in luctu hoc summo quod restat agendum,  
Tempus adest mæstum, tristis adestq; dies,  
Quo Friberga satum quem primò matre tulisti,  
Suscipias gremio rursus & ipsa Ducem,  
Hic ubi stant vastis pia templa innixa columnis,  
Quæ quondam matri sacra fuere Dei.  
Hic tibi qua pietas, ardensq; affectio mentis,  
In carum fuerit, Dux Generose, patrem,  
Exeruit sese, cum summus splendor honoris  
Ut sit in Augusto funere, cura tibi est.  
Sumptibus hic nullis parsum est, factum omne, decebat  
Quod tantum heroem, quantum hic ipse fuit.  
Quo Dresdæ exequiæ fuerint splendore parata,  
Illic præsentem commemorare iuuet.  
Ipse Ministerij qui sum pars parua sacrati  
Friberga, his oculis qua mihi visa loquar,  
Fecerat æquales nocturnas atq; diurnas  
Horas, Gregorio lux celebrata pio.  
Atq; salutarat terras bis septima Martij,  
Zacharia in fastis appropriata dies.  
Est bona pars huius sonitu consumpta diæi,  
Quem pulsa in templis æra dedere sacris,  
Iam vergebat ad occasum sol ipse, suo qui  
Fulgidus aspectu non, velut ante, fuit  
Tendit in occursum defuncto totus in vrbe  
Cætus, quem viuum mallet habere, Duci.  
Et funusq; sequens exercitus adfuit ingens,  
In quo præcipuè conspiciendus erat,  
Unicus illustris Princeps successor honorum,  
Heres defuncti legitimusq; Ducis.  
Quæq; alia istius comitatus membra fuerunt,  
Pompa secutura lucis id ipsa dedit.

Ex



I Quando suum officium non ille fideliter vrsit,  
Plectendo prauos, atq; iuuando bonos?  
An non ad pacem & moderamen rettulit aequum  
Consilia, innocuis ferre paratus opem?  
In quenquam visus sin ille seuerior esse,  
Ipsi delictis causa fuere mali.  
Tardus hic ad pœnam princeps, ad præmia velox,  
Indoluit, quoties debuit esse ferox,  
Et cum iustitiæ cultor fidissimus esset,  
Cultor & hic veræ religionis erat.  
Ergo quam patimur grauis est iactura, resarcit  
Quam non in terris gaza vel omnis opum.  
Mundus hic immundus quidnam est nisi lerna malorū?  
Quos amat ex illo mox vocat ergo Deus.    >>  
Et tamen exoluit cum mundi carcere tales,    >>  
Commissi in quibus est cura repostæ gregis?    >>  
Crede mihi, non illa carens res omine tristi,    >>  
Antepedes quod sit pœna minatur atrox.    >>  
Heu nostra in tristi hoc agitur res funere, viuos  
Quos post fata pij vult Deus esse Ducis.  
Hæc inopina patris patriæ mors publica signat  
Damna, quod euentu res dabit ipsa suo.  
Commeritos grandes pœnas nos esse fatemur,  
Offensi meritò seuit & ira Dei.  
Sed vitæ in melius versa in pia vota feramur,  
Mens sit vt irati conciliata Dei.  
Misnia, si sana es, peccati agnosce reatum,  
Tu malefacta bonis corrige, & illa dole.  
Sic auertentur, quæ sunt præ limine, pœna,  
Fiet & irati mitior ira Dei.

Et



Ex quo Saxoniam turbavit tempore Erynnis,  
Miles & Hispanus saevus in armis ruit.  
Credo equidem quod non comitatus maior ad urbem  
Venerit, hic fuerit turba frequensq; magis.  
Arx qua in vitales Augustum protulit auras,  
Defuncti custos hac quoq; nocte fuit.  
In fastis quondam Longini nomine notam,  
Reddidit Eo phæbus in orbe diem,  
Signa sepultura illustris resonantia latè,  
Sunt data ab aërijs turribus ære gravi:  
Omnes præcessere novem trini ordine belli  
Præfecti, & clari nobilitate viri.  
Atq; viro affertur, quæ gestat corpus Iësu  
Quinq; representans vulnera, forma crucis,  
Ritus ut est cætus a Christi nomine dicti,  
Funera cum fieri debito honore volunt.  
Hancq; sequebatur qua docta lycea frequentat,  
Qua bene plantantur cælica regna, cohors.  
Bis centum pueri studijs sed viuida virtus  
Sunt lecti, ad sacrum funeris illud opus:  
Lugubrem hos omnes vestem simul atq; magistros,  
Saxonia Elector fecit habere novus,  
Non minus at largam numero maiore puelli,  
Viva schola nostra membra, tulere stipem.  
Certa ministrorum, quibus est Ecclesia cura  
Pars sequitur iuvenes proximior gradu.  
Omnibus his testis luctus est pullus amictus,  
Quem sumptu illustris Dux dedit ipse suo.  
Post hos qui resonante tuba cantare periti,  
Martia qui pulsant classica, iëre viri.  
Atq; hi gestarunt nigri vexilla coloris,  
Quæ rutam atq; enses continuere, manu.

Tunc



Tunc Mareſcallorum fungentes munere in aulis,  
 Pars huius luētus certa fuere, Ducum,  
 Iuerunt trini, medius ſedin ordine primo,  
 In dextra eſt baculum viſus habere nigrum.  
 Ordine nobilitas poſt hos tota ibat eodem,  
 Non addicta alijs qua fuit officijs.  
 Bis poſt hos octo comites viſi atq; barones  
 Pars hoc in luētum magna fuiſſe graui,  
 Quilibet in dextra vexillum pretulit, in quo  
 Certum inſigne fuit Saxonicaq; domus.  
 Quemlibet eſt & equus nigra cum veſte ſecutus,  
 Inſigni ornatus qui fuit ipſe ſuo.  
 Duētoresq; duos ex nobilitate vetuſta,  
 Viſus equus quiuis tunc habuiſſe fuit.  
 Hos inter primus vexillum a ſanguine dictum,  
 Quod regale notat ius, habuitq; manu.  
 Hic inſigne tulit Miſnense, ſed ille Thuringum,  
 Hic qua Brenna vetus ſigna fuere tibi.  
 Qua ſi cuncta velim numeris comprehendere, longum  
 Hoc nimis, in verſu reſq; odioſa foret.  
 Ipſarum patiuntur idem nec nomina rerum,  
 Includi nequeunt omniaq; illa metris.  
 Electoralis qua ſunt inſignia honoris,  
 Illa bis octauo viſa fuere loco.  
 Hic gladium, magnum Auguſti tulit ille ſigillum,  
 Sed nigra picta auro tertius arma tulit.  
 In quibus Elector Cataphraētus ſedit, at alter  
 Arte ſua factum pileolumq; tulit.  
 Flebilibus triftis reſonat concentibus ather,  
 Praefletu officium vox negat ipſa ſuum.  
 Mox curru, fuit hos ſacros qui factus in uſus,  
 Auguſti uectum nobile corpus adeſt.

C

Cinget



Cingit utrumq; latus pars nobilium atq; baronum  
 Tristiciam ostendens bis duodena suam.  
 Artifici e stanno cista concluditur illud,  
 Pannus onus latè velat id omne niger.  
 Spectaclum O plenum luctus, oculisq; dolorem  
 Apportans, quo non tristius esse potest.  
 Quin à nobilibusq; viris bis quatuor acti,  
 Traxerunt currus flebile pondus, equi:  
 Hiq; ipsi nigro tecti velamine panni,  
 Attollunt agrè vix caput atq; pedes.  
 Bruta quoq; in Domini dant tristes funere gestus:  
 O quantum est magnis casibus ingenium.     ,,  
 Proximus Augusto feretro successor & heres,  
 Vnicus a Christi nomine dictus, erat,  
 Ex alto ille gemens suspiria pectore duxit,  
 Pallentes lachrymis huic maduere gena.  
 Et meritò: In terris nam summo orbatu amicus est,  
 Qui sibi prasidium dulce decusq; fuit.  
Mens generosa capit faciles in pectore motus,     ,,  
Quò maior quisq; est, hoc magis ille dolet.     ,,  
 Summus at hic dolor est per charos quando parentes     ,,  
 Natorum ex oculis mors inopina rapit.     ,,  
 Illi se socios addunt proceresq; Ducesq;  
 Imperij qui sunt splendida membra sacri,  
 Inprimis Evangelici qui dogmata verbi  
 Non dubia amplexi pura fuere fide.  
 Christiano ad latus it Ducis Electoris, honorem  
 Qui Brenni senior Marchio in vrbe tenet,  
 Huic atq; Augusto, quem non sine honore recordor,  
 Pectora fraterna iuncta fuere fide.  
 Quos non hic gemitus emisit pectore, quos non  
 Hic luctus animo sensit in ille suo?

Hunc



Hunc seruent bona fata diu, minus atq; pericli  
Est formidandum Teutona terra tibi.  
Saxonia Princeps Iohan Casimirus iisdem  
Iungitur, Augusti tertius ille gener.  
His Fridericum addas VVilhelmum, iura Thuringis  
Qui dat, Saxonico sanguine & ipse satus.  
Frater & eiusdem Iohannes floridus annis,  
Qui Dresde est aula Saxonica ipse decus.  
Dux erat & praesens qui primas esse meretur  
Parthenopes, & quem Saxonis Hala colit  
Hic q; simul praesens Ioachime Erneste fuisti,  
O Anhaltine Dux Generose domus.  
Adfuit his & VVelffgangus Grubhagius heros,  
Inclita BrunsvVige gloria Marte domus.  
Additis his socios Christane & Iane Georgi,  
Vos etiam Ascania clarapropago domus.  
Plurimus hos omnes comitatur utring; satelles,  
Gessit & is luētus publica signa grauis.  
Sed quos causa grauis luētum hunc decorare negauit  
Legatos missos hic habuere suos.  
Nempe Palatinus Casimirus fortis in armis,  
Augusti primus Principis ille gener.  
BrunsvVigus tum Dux Heinrichi nomen Iūli  
Qui gerit, Augusti qui gener alter erat.  
Legatos his adde Ducem, quibus Hasia paret,  
Tumq; Ducis, qui te terra Borussa regit.  
Siq; alij legatorum sunt munere functi,  
Augusti ornarunt funeris exequias.  
Vidisses hos pone sequi doctosq; grauesq;  
Est quorum Ducibus consilio esse, viros.  
Qui sunt thesaurus regionis totius ingens,  
Iuratam praestant si modo rite fidem.

C ij

Hic



*Hic de stirpe Ducum primò, è sexuq; virili,  
Deducti illustris funeris ordo fuit.  
Qui si non omnes positi sunt ordine recto,  
Sicut in hoc luctu forte tulere gradum:  
Carminis auctori veniam hoc mereatur oportet,  
Texerunt vultus quòd nigra vela Ducum.*

**M**ox habet eximios quos quavis aula magistros,  
Trini fœmineos antecere choros,  
Hic generosa locum primum Agnes obtinet HedvVig,  
Pro Sponsa, vidua tam citò nomen habens:  
Pergravis est imis cura huic infixæ medullis,  
Huic animo lachrymis maior inestq; dolor.  
Quem Deus ostendit sibi vix, Domino atq; marito  
Nam facta est subitis viribus orba necis.  
Proxima sed viduæ Christiani Principis uxor,  
Ibat Marchiaci Nata Sophia Ducis:  
Illa suis fudit lachrymarum flumina ocellis,  
Præ luctu secum vix fuit illa graui.  
Tertia sed Nata Augusti fuit Anna, Coburgi  
Quæ nupsit Princeps Ian Casimire tibi:  
Hæc dedit ingentis tristissima signa doloris,  
Deflendo patrem vix habuitq; modum:  
Marchiaci, vidua soror, Electoris & uxor  
Pulchra virago graui pressa dolore fuit.  
His alias addas prognatas stemmate summo,  
Quas Ducibus iunxit ius sociale thori.  
Qualibet &, ne turbatis pes forte labaret,  
Vtring; a Comite aut principe ducta fuit.  
Ornatas summis virtutibus Heroïnas,  
Hæc lachrymæ hinc luctus tunc decuere, pias.

*Auxer*



1

Auxerunt numerum cætus lugentis & istum,  
Præstantes veteri nobilitate nurus.  
Tumq̄ ibant alij ex aula, quos esse ministros  
Vult fidos Princeps Saxonie ipse sibi.  
Adde senatores his, præfectosq̄ metallis,  
Iurati certam quiq̄ dedere fidem.  
In luctu hoc ciues multi præstoq̄ fuerunt,  
Turbaq̄ in abstrusis quæ fodit æra locis.  
Cernimus vt quando regem amisere ducemq̄,  
Artifices edant signa doloris apes,  
Mæsta fremunt circum alueolos examina luctu,  
Cærea confusis mæret & aula fauis,  
Conglomerantur apes, plangunt trepidantibus alis,  
Floribus & gaudent non, velut ante, bonis,  
Quin regi interdum quoque commoriuntur eadem  
Inq̄. ducem exemplum nobile amoris agunt:  
Quò magis Augusti nos subdita turba dolemus,  
Consimili studio tristia fata Ducis,  
Nos obitum Domini veris plorare querelis,  
Testari & luctu mitia corda decet.  
Vt quondam Isaidum gens tristi carmine planxit  
Iosiam, similis cuius hic ipse fuit.  
Augusti fuit hoc morituri Principis omen  
Forsan, ita Hyblæe quòd morerentur apes.  
Tandem matrona non vulgi ex plebe secuta  
Monstrarunt lachrymis tristia corda pijs.  
Quo se cunq̄ acies oculorum vertit, ibidem  
Nil nisi mæroris tristis imago fuit.  
Singula quis referat? ventum in penetralia templi est,  
Hinc quod contexit pannus & inde niger.  
In medio luctus ubi plurima signa fuerunt,  
Quà Cathedra est verbi, currus & ille stetit,



Qui Ducis Augusti funus lachrymabile vexit,  
Tumq̄ stetit proprio quilibet ordo loco:  
Principibus concessa fuit dignissima sedes,  
Et postquam finis facta canendo fuit:  
Tunc est cui lingua facundia mira diserta,  
Qui summum in sacris nomen honoris habet,  
Suggestum ascendit Mirus, numenq̄ precatus,  
Præ lachrymis potuit vix dare voce sonum.  
Materiam sumpsit certam ex Daniele Propheta,  
Cum libri ad finem tradidit ille sui,  
Quæ maneat homines tam magna pericula, secum  
Quam tristes casus ultima secla ferant.  
Addita sed tamen est & consolatio, mentes  
Qua rursus possint se recreare pia.  
In primis contra Sathanam, Sathanaq̄ ministros,  
Quod Dux Michaël praelia magna gerat,  
Defendatq̄ sacrum turmis cœlestibus agmen,  
Ornet & æterna laudis honore pios,  
Mirus & hic mæstos recreans solamine verbi,  
Extulit Augustum laude decente Ducem.  
Multorum ille suis penetravit pectora dictis,  
Affectus animis movit & ille graves.  
Et sic ad finem est deducta oratio tandem,  
Ut prece principium, sic prece finis erat.  
Ac tractata typis quia publica concio fiet,  
A me lector eò nempe remissus erit  
Rursus itum in cantus lugubres, tristia rursus  
Nenia tunc toto personuere choro.  
Tunc & equi procedentes cum funere tardè  
Curram traxerunt ad monumenta Ducum.  
Moxq̄ prout vetus hoc fert consuetudo, metallis  
Addicti certi precipuiq̄ viri.

Ad



Ad latus uxoris sensim immisere sepulchro,  
Augustum in tumulo deposuere suo.  
Membra fac ut suavi requiescant condita somno  
O Deus, extrema lucis ad usq. diem.  
At vos angelica excubia, custodia quis est  
Sanctorum cinerum, numine teste sacro,  
Corporis in tumulo generosi membra fouete,  
Asseruate velut depositumq. sacrum.  
Illustremq. animam viuentum inuoluite firmo  
Fasciculo, in Christi ponite eamq. sinum.  
Hic honor Augusto postremus pectore grato  
Est habitus, facti hic funeris ordo fuit.  
Historicus Siculus Diodorus laude celebret,  
Iactet in Historijs Curtius ipse suis,  
Quanta sepultura & qua magnificentia certa,  
Caesare Pellao scepra tenente, fuit,  
Pulcher ubi est febris consumptus Hephestion acris,  
Fratris Alexandro qui vice charus erat.  
Millia talentum bis sex impensa fuerunt,  
Iussit ut heroi sacrificare viro.  
Sed quid tunc fuit hoc aliud nisi fastus inanis?  
Et quid praeterquam gloria vana fuit?  
Nulla fides pietasq. viris eluxit in istis,  
Aeterna vitae spes quoq. nulla fuit:  
Pompa sepultura sed tristi in funere nostri est  
Longè alio certè sine peracta Ducis.  
Vera fides, merito est Christi qua nixa, gubernat  
Hos ritus, pietas hoc facit inq. patrem.  
Tum propter vitae spem fiunt ista beata,  
Quae luctus hoc sunt edita signa die.  
Illustris Nati hac pietas celebrata manebit,  
Donec in his pietas est qua futura locis.

Sicq.



*Sicq̄ parentatum tibi sit Dux maxime : iustis  
Prastandis factum sic tibi sitq̄ satis.*

**A**D vos nunc redeo propius quos fœdus amoris,  
Augusto sanguis iunxit & ipse Duci,  
Tuq̄, noxe Elector Dux ample in Saxonis ora,  
Vosq̄, alij illustres, pectora magna, Duces,  
Non iniusta quidem vobis est causa querela,  
Non frustra vobis fletibus ora madent,  
Functus is est fatis, immensis dotibus auctus  
Qui vobis firmo fœdere iunctus erat.  
Ah merito hanc tristi iacturam pectore fertis,  
Tamen citò vix similem fata benigna dabunt.  
Ac veluti pietas has comprobat ipsa querelas,  
Sic & in his ratio suadet habere modum.  
Scitis Nature fluxus quæ gignit hic ordo,  
Hæc finem certo tempore habere suum.  
Postremaq̄, licet nulli hora est cognita lucis,  
Constat morte tamen certius esse nihil.  
Deposito ergo graues lenire dolore querelas,  
Vosq̄, Dei immotum velle probare, pium est.  
Et quod non mutare licet superare ferendo,  
Nec luctu frangi fortia corda decet.  
Corporis & quamvis, meruit ceu criminis error,  
Mortua subiecta membra tegantur humo:  
Hæc tamen æterna non nocte sepulta iacebunt,  
Viva sed amissum sunt habitura decus,  
Quando vox nostras clarè resonabit ad aures,  
Iudicij extremi, surgite, tempus adest.  
Iucunda æterni tunc tempora veris agentur,  
Gaudia erunt cunctis summa parata pijs.  
Tunc etiam AVGVSTVS veniet rediuius in auras  
Cumq̄, DEO æternæ tempora lucis aget.

Flos



Flos iterum tepido veluti sub vere resurgit,  
Qui per totam hyemem mortuus ante fuit.  
O utinam hac votis saepe exoptata piorum,  
Det se lux oculis conspicienda pijs.  
Tunc rursus fœdus renouabitur illud amoris,  
Dirupit quod mors inuida iure suo,  
Tunc Anna rursus Augustus cum matre loquetur,  
Quæ primùm thalami fœdere iuncta fuit.  
Agnitem Ascaniam rursus spectabit & illam,  
Post Anna mortem qua sibi iuncta fuit.  
Teq; suor rursus amplexu Christane fouebit,  
In te cui quondam maxima cura stetit.  
Tunc & auo rursus caro presente fruetur  
Aspectu ipsius letus uterq; nepos.  
Interea qui nunc patrias apprehendit habenas,  
Commendata Deo Principis esto salus.  
O tu Christe Duci de te bene nomen habenti  
Adsis, hunc facias equiparare patrem.  
Christano diuina Duci solatia præsta,  
Erige eumq; tuo flamine Christe precor.  
Quodq; patri annorum subita vi mortis ademptum est,  
Hoc Electori nunc Deus adde nouo.  
Sic erit, ut ruta vireat pranabile germen,  
Pellat & a nobis cuncta venena procul.  
Huic a consilijs fidos adiunge ministros,  
Christe domum serua Saxoniamq; precor.  
Grande gubernaculum feliciter ille gubernet,  
Et verus patria sit maneatq; Pater.  
Pacis ei implantes & religionis amorem,  
Oderit exemplo ut Martia bella patris.  
Innumeris pax est longè anteferenda triumphis,  
Nilq; boni secum prælia dira ferunt.

D

Vinat

cc

cc



Vivat Io novus Elector, maneatq; superstes,  
 Dux Christi à dictus nomine, vivat Io.  
 Maeste boni ingenij Princeps, fastigia honorum  
 Sic virtute tibi sunt adeunda patris.  
 Electoralem capias Christo auspice sedem,  
 Omineq; ut facias gratulor ipse, bono.  
 Conciliat Deus ipse tibi nunc regna decusq;  
 Qui libitu transfert regna regitq; suo.  
 Regis ut Isaida Solomon successor & haeres  
 Confortare, vir hic sisq; iuvante Deo,  
 Sis etiam viduae tutor tu Christe relictae,  
 Tam citò quæ Dominum luget abesse suum.  
 Turturis atq; instar gemit & suspirat anhelans,  
 Vellet & Augusto se sociam esse necis.  
 Sic ipsi nil iucundum, nil deniq; latum,  
 Hoc carum amisit cum caput atq; decus.  
 Huic igitur praestes solatia, robore verbi  
 Firmans, hancq; sacro numine Christe regas.  
 At tu Dux Auguste breui hos cum carmine fletus,  
 A Christi famulo pignus honoris habe,  
 Cum Misnam incolerem ludi praeustris alumnus,  
 Meq; suo caperet Leucoris Alma sinu,  
 Sum clemente tua stipe sustentatus, ut illud,  
 Acceptum referam, quod didici omne tibi.  
 Nunc tandem, O utinam in casu meliore liceret,  
 Me gratum ostendo, Duxq; paterq; tibi.  
 Albis ad vndenos fontes prius ipse recurret,  
 Quam meritis non sit gratia summa tuis.  
 Siq; videbuntur te tanto Principe digna,  
 (Sum tenuis vix conscium ipse mihi)  
 Inscribi hac faxint sibi carmina certa tabella,  
 Augusti memores qui Ducis esse volunt.

Morte



**M**orte obita Augustus tandem monumenta parentum  
Ingressus, patriæ credidit ossa sua.  
O mors seua nimis: longos hic viuere in annos,  
Nectoreosq; dies vincere dignus erat.  
Solis ab exortu Maotis ad vsq; paludes,  
Nomina sunt tanti cognita magna Ducis.  
Ille Dei reuerens verbum caeleste fouebat,  
Hunc meritò dixit Misnica terra patrem.  
Huncq; suum experta est Ecclesia vera patronum,  
Religio umbraculum sensit & esse suum.  
Inq; Scholas quid non meritorum contulit ille?  
Doctis atq; bonis ceu pater ille fuit.  
Hic Dux imperij decus atq; columna sacrati,  
Aurea sub quo pax sedem habuitq; suam,  
Iustitiæ assertor, virtutis amator, honesti  
Tutor, iura suis ciuibus æqua dedit,  
Nec non & scelerum vindex fuit ille seuerus,  
Propositi recti Dux fuit ille tenax.  
Hic Dux, hic, inquam, vitalia tempora clausit,  
Ceu fuit in vite hæc hora notata libro.  
Oceani citius numerare ego coner arenas  
Quam laudes Magni commemorare Ducis.  
Ut breuiter dicam: Dux ad summa omnia natus  
Ad mediocre nihil factus & ille fuit  
Ingenio quicquid tentauit & artis honestæ,  
Hoc, sudante alio, perfacile arripuit.  
Ergo licet condat mortalia membra sepulchrum,  
In laudes semper viuet at ille suas.      **Hunc**



*Huncq; Ducem feri laudabunt saepe nepotes,  
In memori nomen posteritate feret.  
Non moritur pietas, viuit post funera virtus:      “  
Hunc quondam ergo Ducem fama loquetur anus.  
Namq;, quod illustris Natus curare studebit,  
Tumba patri raræ surget & artis opus,  
Mauricij quod nil tumbæ concedet: Vterq;  
Namq; decus, Marte hic, Pace sed ille tulit.  
In terra viuis fuit vt mens vna, sepulchro  
Vno cum cara coniuge sicq; iacet.  
Non planè at iacet is, quia Christum corde tenebat,  
Omnis ei in Christo cardo salutis erat.  
Omnia mortales cùm tandem in morte relinquunt,      “  
Tunc Christus nobis anchora sola manet.      “  
Augustus morti est subiectus corpore, in astris  
Parte Deo viuit sed meliore sui.  
Cælestem mentis vigor immigrauit in aulam,  
In spe sanctorum membra sepulta cubant.  
Fortunate senex patriæ & pater optime salue,  
Nunc auge, auxisti ceu bona quæq;, polum.  
Postquam tot curas superasti, totq; labores,  
Ante Deum æternis nunc recreare bonis,  
Nunc recreare bonis, peperit quæ sanguine Christus,  
Quæ sola acquirit non dubitansq; fides  
Salue iterum atq; iterum: tua non moritura manebit  
Semper apud memores gloria, fama, VALE.  
Æternum Dux sancte Vale, Dux inçlyte Salue,  
Magne Elector aue, perpetuumq; vale.  
M. G. VV.*



SEQVNTVR INSCRIPTIONES,

quae nunc in monumentis Principum ac Ducum  
Saxoniae, &c. Fribergae visuntur & leguntur.

Folgen alle Oberschriften / welche  
jetzund in dem Chur vnd Fürstlichem  
Begrebnis der Herzogen zu Sachsen / etc.  
zu Freiberg gesehen vnd gelesen werden.

Als man zalt 1541. Jar / am 15. Au-  
gust ist verschieden der Durchlauchtige vnd Hoch-  
geborne Fürst vnd Herr / Herr Heinrich / Herzog  
zu Sachsen / Landgraff in Thüringen / vnd Marg-  
graff zu Meissen / hie begraben / dem Gott gna-  
de.

ANNO M. D. LXI. den VI. Junij  
ist die Durchleuchtige vnd Hochgeborne Fürstin  
vnd Frau / Frau Catharina / geborne Herzogin  
zu Meichelburg / Herzogin zu Sachsen / Landgre-  
fin in Thüringen / Marggrefin zu Meissen / Her-  
zog Heinrich zu Sachsen Hochlöblicher vnd seliger  
gedechtnis Gemahl / seliglich im Herren entschlaf-  
fen / derer Seel Gott genade / vund ligt allhie bes-  
graben.

QVIA Clarissimus & Doctissimus vir Ioachimus Cas-  
merarius Papebergensis, totum monumenti opus, quod  
Illustrissimo Duci & Electori Mauricio Fribergae in tem-



pro Diuæ virginis erectum est, in Oratione sua Sexta, qua  
in Solemni conuentu Academiæ Lipsicæ V. Id. Quint. Anno  
Christi Iesu, M. D. L. XIII. anniuersariæ memoriæ Cel-  
situdinis ipsius quasi iusta persoluta sunt, accurata & ex-  
quisita verborum explicatione tanquam in oratione proponit,  
non ingratum pio Lectori fore arbitratus sum, si illud hic in-  
sererem, & inscriptionibus monumenti istius præponerem.

Verba autem hæc sunt.



VISITVR MONVMENTVM  
Ducis Mauricij in ædiculæ tanquam exedra  
adiectæ templo vrbis Eribergæ, vbi Illu-  
strissimus Princeps Henricus Alberti filius  
us, Mauricij pater terræ mandari corpus  
suum mortuum voluit, quòd viuus vsu habitationeꝝ vrbis  
illius, & ciuium consuetudine atq; familiaritate in primis  
fuisse delectatus, ibiq; magnam partem vitæ, etatisq; suæ  
exegisset. Semper autem ciuitas illa incredibili submissæ  
venerationis studio Henricum coluit, vt Principem, &  
caritatis maximæ affectione singulari dilexit, vt parentem,  
Atque nunc erga Illustrissimum genus ipsius, nouis etiam  
magnificæ clementiæ meritis deuincta, grati memoriq; &  
cupidi animi propensionem declarare conata, ædiculam illam  
amplificatam, speciosissima renouatione exornauit. Spectat  
hæc orientem Solem, vndiq; patentibus fenestris luminosa,  
in qua Principum Henrici patris & filij Mauricij corpora  
sita sunt, sepultis ibidem aliquot Illustrissimæ stirpis huius  
paruulis



parvulis liberis. Et nuper etiam Illustrissimæ originis ma-  
 tre. Eo loco supra basin in planicie ad normam directæ  
 laterum quatuor, monumentum Mauricianum est extructum.  
 Est autem planiciæ illius figura altera parte longior, quæ sunt  
 Grecis ἐπιπέδα ἐπιμνήματα, à fronte & tergo circiter passus  
 sex, & utringue circiter passus octo procedens, ut totum  
 spacium comprehendat circiter quadraginta & octo passus.  
In aditu gradus tres attolluntur, in quibus angulis horum duode-  
cim collocatæ sunt effigies muliebres, specie lugubri, & ta-  
li habitu gestuque, ut meditari videantur aliquid, quo mortui  
fama bona, & presentibus & posteris prædicando commemo-  
retur. Quas esse Musas novem, & Gratiâs tres, facile po-  
test intelligi. Supra hos gradus variæ imagines diverso or-  
natu, & dissimili facie circumquaque oppositæ sunt, præ se chy-  
peos singulæ ferentes, in quibus insignia Illustrissimæ do-  
mus illius depicta proponuntur. Spacia autem à fronte  
& tergo, itemque ad dextram & sinistram ubi aperiuntur,  
ibi quasi tabellæ dispositis columellis includuntur, continen-  
tes ortum, vitam totam, res gestas, obitumque Ducis Mau-  
ricij. Minoribus quidem in apertis spacijs illis quaternæ  
tabellæ, maioribus fenestæ extant. Lapis est sanè è longino-  
qua aduectus regione, niger ille quidem, sed perpolitus gra-  
tissimo nitore relucens, & admittens non modo sculpturæ,  
sed colorum quoque multiplicem & diversam conformatio-  
nem. Marmor Dinanticum vocant. Sed quæ alia ibi ex-  
pressa cernuntur cum admiratione & voluptate contemplan-  
tium singulari, ipsiusque operis quasi ædificium marmoris il-  
 lis

1. Ortus.
2. Vita. *Ducis Mauricij*
3. Res gestæ. *cij*
4. Obitus.



lis columnis alterius generis pulcherrimæ varietatis, distinctum; Ea omnia quasi obeundo oratione mea enarrare, & esset nimis longum, & haud scio an etiam deceret, cum minuta quoque, & quæ à Græcis parerga nominantur, ita commemorari oporteret. His igitur omiſſis, in præcipuis ac ijs, quæ & huic tempori congruunt, & talibus auditoribus non indigna videri possunt, expositio nostra versans, illaq; indicans, horam quæ ad dicendum nobis data est, absumat. In marmoris igitur illa, de qua dictum est, mole suprema, statua conspicitur, ad Ducis Mauricij similitudinem efficta, sic quidem ut tanquam in genua flexi species representetur, facie oris in cælum sursum erecta, & intuente effigiem propositam ibidem pendentis in cruce filij Dei Domini nostri Iesu Christi, quem & vivus ille religiosè veneratus fuisset, & cuius misericordie se commississet moriens. Etsi autem & membrorum concinnitas, & staturæ constitutio, totiusq; corporis habitus D. Mauricium præclarè designat, ut cuius imago ea sit, non indigeat admonitore is, qui illum vidit unquam, eximia tamen nota in simulachro est, vultus eminentis & celsus, qualis in ipso vivente excitatus, præstantiam animi nescientis timere declarabat. Quanquam autem in saxo quoq; fortitudinis confidentia apparet, admixta tamen maximo artificio est supplicis figura, ut implorantis & precantis personam illam esse facile intelligi possit.

IN



In Monumento Illustrissimi  
Principis D. MAURICII egregiis literarum  
Latinarum formis hæc leguntur.

P. M. CONS.

1. Mauricius D. Saxon. D. D. D. Henrici F. Alberti N. Friderici II. Elect. Pron. in hac celebri metall. vrbe nascitur 12. Cal. April. Matre Catharina Mechelburg. D. Magni. F. Anno Christi Iesu M. D. XXI.
  2. Auus Mauricij Dux Albertus, Friderici III. et Maximiliani Imperatorum hostes Matthiam Regē Vngarie repulit ex Austria, Carolum Galliaè toto eiecit Belgio. Obit M. D. 1512.
  3. Pater Mauricij Dux Henricus gubernator Phrysiarum in vrbe Franica de vita periclitatur, tum peragrata Palestina & Gallecia vxorem ducit, Anno ætatis sue, 39. 1512.
  4. Georgio fratre mortuo, Henricus prouincijs eius potitur, fouensq; à tribus agnatis defensam religionis et veritatis causam, diuino patriam afficit beneficio. 1539.
  5. Mauricius Dux Agnetem Philippi Hassie Landgrauij F. natu max. ex qua Albert. F. infante etat. mortuum, et Annam F. suscepit, coniugem eligit, Anno etat. sue 20. 1541. Hanc Wilhelmus Princeps Vanni Comitis Hassaniensis duxit vxorem.
  6. Patri Henrico ad regna cœlestia ex ærumnis humanis fœliciter sublato Mauricius succedit, magna expectatione virtutis summa ordinum omnium gratulatione. 1541.
- E      Ecclesias



7. Ecclesias & Academias conseruauit, auxitq;, tres  
eximios ludos instituit, Dresdam, Lipsiamq; splendide mus  
niuit, arces nouas extruxit, ornauitq; veteres. 1542.
8. Cum Electore Agnato orta de Vircina oppido contro  
uersia specimen industriae singulare dedit, & Consilia pacis,  
suadente Socero Landgrauio libenter admisit. 1542.
9. In exercitu Rom. Imperij ad Budam Vngaricae educto,  
non animus Ducis praesentior, non virtus militis spectatior  
fuit, quam D. Mauricij suis stipendijs militantis. 1542.
10. Carolo V. Imp. contra Galliae Regem Franciscum ad op  
pidum Veromanduorum Landresium opem tulit, pro sua suo  
rumq; maiorum erga Imperatores perpetua obseruantia. 1543.
11. Carolo iterum contra Gallu auxilio veniunt ipse & fra  
ter D. Augustus, cum equitatu Electiss. & ad Diuū Victo  
rinum hostes pari alacritate & impetu aggressi claram repor  
tant victoriam. 1544.
12. Henricum ducem Brunsuicensem socero & agnato  
imparatis, arma subito inferentem, suo aduentu terruit, &  
actiones ita moderatus est, vt bellum iam ardens sine caede  
restingueretur. 1545.
13. In Germania grauissimo belli tumultu excitato, D.  
Mauricius rebus dubijs patriam & subditos suos respiciens,  
cum Imp. Carolo satisfacisset officio S. vim & iniurias à se  
& suis subditis vndique propulsat. 1546.
14. Rebus pacatis D. Mauricius Caroli Imp. benignitate  
gentilitia dignitate auctus Rom. Imp. VIIvir & Ensifer  
Pr. Elector ritu solenni declaratur Augustae Vindelic. 6. Cal.  
Marty. 1548. Vrbem



15. Urbem munitiss. Magdeburg. pactiones à Carolo ob-  
latas recusantem, publicæ militiæ Dux factus, grauitè ob-  
sidet, quam mense demum 15. conditionibus sanè tolerabili-  
bus in potestatem redigit, 1551.

16. Durante obsidione, ne qua occasio in Germania noui  
tumultus relinqueretur, in agro Hadelensi, Verdensis diœ-  
cesis collectam militum manum incredibili virtute & cele-  
ritate dissipat. 1551.

17. Vt fides socero seruaretur D. Mauricius bellum ne-  
cessarium mouet, Alpium Rhetic. fauces occupat, & Carolo  
Imp. conditiones accipiente Passauie pacem religioni, libera-  
tatem princ. decus Germaniæ restituit, 1552.

18. Eodem statim, rebus compositis, exercitu, Turcicas  
in Vngar. copias terrore nominis sui intra præsidia continet,  
insulam Danubianam munit, cladis exitiosæ metum genti  
penè oppressæ adimit. 1552.

19. Alberto Brandenburgico armis & incendijs in patriam  
scuienti, prope arcem Peinam ad vicum Sifridhusium con-  
gressus, in cursu victoriæ globo ferreo feritur, tertio post  
die obiit, V. Id. Iulij. 1553.

20. August. D. Saxon. Pr. El. D. Mauricio fratri dile-  
ctissimo S. bellis omnibus victori P. F. Magnanimo P. M.  
Causa H. M. P. C. Cum ille gloria perpet. vixisset, Ann:  
XXXII. M. III. D. XXI. H. X.

**D** 1546. Jahr/montags nach Judica / ist des  
Durchleuchtigsten Hochgeborenen Churfür-  
sten Wertzog Moritz zu Sachsen / erster gebor-  
ner



ner Sohn Albrecht / seines alters 19. wochen / 2. tage.  
in Gott entschlaffen / vnd allhier begraben / welches  
allmacht vmb seines lieben Sohns Jesu Christi wil-  
len / ihm die ewige freude vnd seligkeit / gnediglich ver-  
leihen wolle Amen.

**D**ie Durchleuchtige Dochgeborne Fürstin vnd  
Fraw / Fraw Sidonia / Geborne Hertzogin  
zu Sachsen / Hertzog Heinrichs seliger gedechtz-  
nis Tochter / vñ Hertzog Erichen zu Braunschweig  
Gemahl / wird alhier zu Freyberg geboren / den achten  
Martij im Jar 1518. Entschliess in Gott seliglich  
zu Weissenfels den 4. Januarij / Anno 1575. hat auff  
dieser Welt gelebt 56. Jahr / 43. wochen / 1. tag / vnd  
9. stunden / deren Seele der Allmechtige eine fröliche  
vrstendt zur ewigen Seligkeit verleihe.

**D**es Durchleuchtigen Dochgeborenen Fürsten  
vnd Herren / Herren Augusti / Hertzogs zu  
Sachsen erstgeborener Son / Hans Heinrich /  
seines alters 27. wochen / 5. tage. Entschliess in Gott  
im 1550. Jar / den 12. Nouembris / seine Seele lebet  
für vnd für / so wird sich der Leib auch durch Gott  
vnerweslich vñ verklärer frewen ewiglich.

**D**es Durchleuchtigen Dochgeborenen Fürsten  
vnd Herren / Herren Augusti Hertzogen zu  
Sachsen erstgebornes frewlein Leonoria / ires  
Alters anderthalbes Jar / entschliess in Gott / den 24.  
tag Aprilis / des 1553. Jars / vnd ihre Seele lebet für  
vnd für / so wird sich der Leib auch vnerweslich vnd  
verklärer frewen ewiglich.

**A**nno 1557. den 21. Nouembris ist des Durch-  
leuchtigsten Dochgeborenen Fürsten vnd Herrn /  
Herrn

1.  
Hans Heinrich.



Herrn Augusti / Hertzogen vnd Churfürsten zu  
Sachsen vierdter Sohn / Hertzog Joachim / seines  
alters 28. Wochen / 6. Tage im Herrn entschlaf-  
fen / lieget alhie begraben / vnd wartet der frölichen  
erscheinung Ihesu Christi / welcher Leib vnd See-  
le zusammen bringen / vnd mit sich in die ewige freu-  
de vnd seligkeit führen wird.

<sup>4.</sup>  
Joachim.

¶ Anno 1558. den 4. Aprilis / starb zu Dresden /  
des durchleuchtigsten / hochgebornen Chur-  
fürsten / Hertzog Augusti fünffter Sohn / W.  
Dector / seines alters 1. Jahr / 25. Wochen / 5.  
tage / vnd ligt alhie begraben. Des Seele lebet  
für vnd für / vnd wird der Leib durch Christum vn-  
uerwetzlich vnd verkläreret herfür gehen / vnd mit ihm  
ewig leben.

<sup>5.</sup>  
Hector.

¶ Anno 1558 / den 6. Nouembris / ist Hertzog  
Magnus / des Churfürsten zu Sachsen / Hert-  
zog Augusti dritter Sohn / seines alters 3. Jar /  
6. Wochen / 1. Tag / seliglich gestorben / vnd schlesse  
alhie in seinem ruhebettelein / bis der Herr Christus  
ihn / sampt allen Bleubigen erwecken / vnd zu sich in  
das ewige leben nehmen wird.

<sup>3.</sup>  
Magnus.

¶ Es Durchleuchtigsten / Hochgebornen Für-  
sten vnd Herrn / Herrn Augusti Hertzogs vñ  
Churfürsten zu Sachsen fünfftes Frewlein A-  
malia / geboren im Jar 1565. den 28. tag des Jenu-  
ners / ist im Herren seliglich entschlaffen / Im Jar  
1565. den anderen tag des Newmonden / welchem  
der Herr Ihesus Christus eine fröliche Auferste-  
hung verleihen / vnd das ewige leben geben wolle.

¶ Es Durchleuchtigsten Hochgebornen Fürsten  
vnd Herrn / Herrn Augusti / Hertzogs vnd  
L iij Chur-



Churfürsten zu Sachsen Drittes Knevelin / Maria /  
geboren im Jar 1562. den 8- tag des Mertzens / ist  
im D<sup>er</sup>rn seliglich verschieden / im Jahr 1566.  
den 6. tag des Jeners / welchem der ewige Son Got-  
tes / vmb seiner heiligen Auferstehung willen / am  
Jüngsten tage eine fröliche auferstehung verleihen  
wolle.

2.  
*Alexander.* D. ALEXANDRO D. D. AVGVSTI  
D. SAXON. S. R. Imp. VII VIRI, & Annae ex  
regia stirpe Danorum f. obedientis, pietatis & litera-  
rum studijs praeclearius, quam per aetatem fieri posse crede-  
retur, instituto, alui profluvio Dresdae Idib. VIIbris,  
anno à nato Christo M. D. LXVI. pie mortuo, cum  
vixisset an. XI. M. IX. D. XV. H. VIII. paren-  
tes maestis. P. P.

7.  
*Augustus.* Augustus der junger Hertzog zu Sachsen / des  
durchleuchtigsten / hochgeborenen Fürsten vnd  
Herrn / Herrn Augusti / Hertzogs vnd Chur-  
fürsten zu Sachsen / Siebender Sohn / ist geborn  
zu Dresden / den 23. Octobris / anno 1569. vnd  
widerumb verschieden den 12. Februarij / anno 1570.  
seines alters 16. Wochen / welchem Gott eine frö-  
liche auferstehung verleihen wolle / vmb Ihesu Chris-  
ti willen / Amen.

8.  
*Adolphus.* Adolphus ist geboren zum Stolpen / den 8. Julij /  
im 71. Jahre / ist verschieden zu Dresden / den 12.  
Martij



Martij Anno 72. seines alters 35. Wochen / vnd 3. Tage / dem  
Gott eine fröliche Auferstehung / vnd ewige seligkeit verleihen  
wolle.

**D** Es durchlechtigsten / hochgebornen Fürsten vnd Herrn /  
Herrn Augusti Hertzog zu Sachsen / vnd Churfürsten  
neunder Sohn / Hertzog Friderich / der geboren zur Anna-  
burgk / den 18. tag Junij / anno 1575. vnd daselbst widerumb  
in Gott seliglich entschlaffen / den 24. Januarij / anno 1576.  
hat also gelebet 31. Wochen 3. Tage / vnd 20. Stunden / wel-  
chen Gott zur ewigen freude vnd seligkeit widerumb erwecken  
wolle.

9.  
Friderich  
viii.

CARMEN CONSOLATORIUM  
IN OBITUM ANNÆ SABINÆ FILIÆ  
olæ Illustrissimi Principis, ac Domini D. CHRISTI  
ANI Ducis & Electoris Saxonie, &c.

**A** Teneris ad se vult agmina parua venire,  
Illorum & superas asserit esse domos,  
Qui propter pueros pueriles induit artus,  
Æterni Christus lux & imago patris:  
Quin etiam affirmat, quòd sit patris illa voluntas,  
Ut non è paruis vnicus intereat:  
Ergo etiam ad Christum nunc Anna Sabinula venit,  
Quæ per Baptismum est insita Christe tibi.  
Ortu nuper auum exhilarans quoque morte rediuit  
Nunc ad auum, cumq; hoc gaudia semper agit.  
Namque habitat supera nunc felicissima in arce,  
Inq; suo magnum funere fœnus habet.  
Vita volente Deo conceditur omnibus vsu,  
Finitur rursus vita volente Deo.

cc

cc

Erige



Erige Christe patrem, praesta solatia matri,  
Quae desiderio filiulae orba dolet.

Et merito: Veniunt vt enim de cordibus imis  
Pignora, sic eadem cor penetrare solent.

cc

cc

### Trostsprüchlein

Auff den tödlichen abgang Frewleins *Annae Sabinae*, des Durch-  
leuchtigsten vnd Hochgebornen Fürsten vnd Herren / Herrn Christiani /  
Herzogs vnd Churfürstn zu Sachsen / etc. Herzlichen Töchterlein.

<b>C</b> hristus des ewigen Vaters milde Selbstendig Licht vnd Ebenbild / Der vmb der Kinder wiln kommen / Vnd Kindlich gliedr angenommen / Auffs freundlichst zu sich ruffet sein Das klein heufflein der Kinderlein / Vnd spricht / ihr sey das Himmelreich / Ihrn liebn gleubigen Eltern gleich / Ja er bekrefftiget auch mehr / Das dis seins Vaters wille wehr / Das nicht ein einigs kindelein / Sol verdampft vnd verloren sein : Drumb das herzliche Töchterlein / <i>ANNA SABINA</i> zart vnd rein / Ist nun kommen zum Herren Christ / Dem durch die Tauff eingeleibt ist / Die newlich hat mit ihr geburt / Den Grosuater in freud gefurt /	Fert zu ihm ins Himlisch leben / Vnd thut mit ihm in freud schweben / Vnd hat von seiner trawrig Leich Grossen gewin im Himmelreich / Durch Gottes willn alln das Leben Hie zugebrauchn wird gegeben / Vnd weils Gott hat in sein henden / Müssen wirs nach sein willn enden / Den Vater vnd die Mutter zart / Tröst du Herr Christ zu dieser fart / Die jetzt betrübt vnd trawrig sein / Vmb ihr herzliches Töchterlein / Vnd solchs nicht vnbillich geschicht / Wens mesig nach Gottes wort gericht. Denn Kinder kommen von herzen / Vnd gehn zu herzen mit schmerken / All sehnlich lieb vnd Mutter trew / Wird im Himmel gar werden new.
---	---

M. Gregorius Wetz. D.

Erratum Typog. In B legatur pagina 7. ante 6. sicut custodes  
& numeri 1. 2. assignati ostendunt.

Gedruckt in der Churfürstlichen Stad  
Dresden / durch Gimmel Bergen. 1586




X 220747











h. 24, 25. OR. XXIV ~~24~~ 25.

Vc  
2951

IN OBITVM LVCTVOSISSIMVM  
ILLVSTRISSIMI ET PIEN-  
TISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,  
Dñ. AVGVSTI, Ducis Saxonie, Sacri Romani Im-  
perij Archimarschalli & Electoris, Comitis Prouincialis  
Thuringie, Marchionis Misnie & Burggrauij Magde-  
burgensis, qui XI. die Februarij hora VI. pomeridiana,  
Anno M. D. LXXXVI. Dresde inter

preces placide expirauit,  
CARMEN ELEGIACVM,  
In quo processio funeris magnificentissima, & se-  
pultura honorificentissima xv. Martii  
Friberge celebrata, comprehensa est.

Scriptum à  
M. GREGORIO VVETZELIO Dresdensi,  
Friberge ad D. Nicolaum verbi Ministro,



Accesserunt in fine omnes inscriptiones, que in  
Monumentis Principum ac Ducum Saxonie &c.  
nunc ibidem visuntur & leguntur.

Dresde apud Gimel Bergen. M. D. LXXXVI.

Reuerendo viro, pietate, eruditione et  
viritate præstanti P. M. Andrea Bal-  
wino ministro Verbi ad Vinam